



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

xj. De Religiosis domibus, earumq[ue] subiectione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

Episcopus verò solus etiam illis Ecclesijs providetur, de quarum patronatu contentio cum esset inter Ecclesiasticas personas, ultra sex menses à vacationis tempore electio Rectoris sit dilata, vel ultra quatuor, cum laici essent, qui disceptabant^a.

a c. eam te. c. cū propter laicorum.

Ut tamen nullum ex hoc illi in posterum præiudicium fiat, qui superior in lite fuerit, qui ipse eum sistere debeat, quem Episcopus instituerit, & cæteros omnes deinceps, qui in ea Ecclesia erunt instituendi^b.

b c. si uero ordinatio.

Aliud deinde est ius, iuri patronatus in multis simile, sed ab eo tamen etiam in multis absimile, id est, cum religiosi Ecclesiam aliquam sibi subiectam habent, tam quoad spiritualia, quam quoad temporalia, in qua tamen pleno iure instituere non possunt, nec curam populi committere, sed autoritas Episcopi desideratur. Nam hoc ius ita à patronatu differt, quòd, qui illud habent, ipsi redditus Ecclesiæ illius percipiunt, & congruam portionem Rectori assignant: at qui patronatum habent, nihil reddituum percipere possunt, sed integri proventus Rectori instituto permittuntur^c.

c c. un. de Capel. mona. in 6. ubi gl. & de. un. de sup. neg. prela. ubi gl. Abb. ca. extirp. ad. s. quia uero de prebend.

DE RELIGIOSIS DOMIBUS, earumq; subiectione,

TITVLVS XI.

Sciendum est, hoc generale esse, ut quodvis monasterium, vel quælibet Ecclesia ei Episcopo subiecta sit, in cuius sita est Diœcesis, nisi ea Ecclesia, vel monasterium priuilegiū exhibeat, quo se prober iurisdictioni eius subtractum^d.

d c. pe. & c. cum uenerabilis. de relig. do.

Nec ideo Episcopi iura in Ecclesia suæ Diœcesis minuentur, quòd illa Ecclesia alteri unita sit alienæ diœcesis Ecclesiæ^e.

e c. 2. eod. tit.

Si verò ambigi contingat, cuius Episcopi ea diœcesis sit, in qua extat Ecclesia, & propterea incertum sit, à quo sit Basilica consecranda, ad illum eundem erit Episcopum consecrationis gratia, qui in eo loco hætenus Episcopalia iura exercuerit^f.

f c. 1. ubi Ab.

Sunt tamen quandoque Ecclesiæ proprijs priuilegijs ab Episcoporum Iurisdictione immunes, & solius Apostolicæ seditioni parent^g. Cæterum per exemptionem Ecclesiæ concessam, ipsa Ecclesia, & ipsius monachi, vel Canonici, clerici etiam, & conversi, perpetuoque oblati, non autem Ecclesiæ eiusdem presbyter, qui parochianorum curam habet, quo ad ea, quæ ad curam eandem pertinent, nec ipsi parochiani intelliguntur exempti. Verum si Canonici alicuius Ecclesiæ eximantur, ipsi soli Canonici, non autem Ecclesia, vel alij eius clerici, sunt exempti.

g c. recepimus. c. cum Capella. de priuileg.

Si

Si autem Clerici cuiusvis Ec-
clesiæ eximantur, tunc tam Ca-
nonici, quàm alij Clerici exi-
muntur, non tamen Ecclesia,
nisi aliud in exemptionis pri-
uilegio exprimat^a. Item
quamvis monasterium aliquod
exemptum sit, hoc priuilegio
tamen Capellæ ei subiectæ per-
frui non conceditur^b. Et de-
mum, quibus certæ rei, vel loci
ratione priuilegium exempti-
onis concessum est, eodem pri-
uilegio pro alia re, aliòve loco
non poterunt^c.

^a c. per exem-
ptionem. de
priuil. in 6.

^b c. ex. extra.
de priuileg.

^c c. cum Ca-
pella. ex. de
priuileg.

DE CONSECRATIONE
Ecclesiæ, vel altaris,
TITVLVS XII.

Non est autem temerè con-
cedendum, vt cuiuis liceat
suo arbitrio Ecclesias po-
nere, sed, vt rei tantæ sua digni-
tas, quantum fieri potest, ser-
uetur, certæ solemnitates intro-
ductæ sunt, quæ præire debeant
in Ecclesia faciendæ.

Nam primùm nemo Ecclesi-
am ædificare debet, ante quàm
Episcopus ciuitatis eò accedat,
& crucem ibi figens publicè a-
trium describat: ac priùs ille,
qui ædificaturus est, præfiniat,
quæ ad Luminarium, & Custo-
dum sumptus sufficiant: & de-
monstrata donatione, sic domũ
ædificet: qua erecta, atrium a-
qua benedicta aspergatur^d: po-
stea per consecrationem Deo
ab Episcopo dedicetur, cum

^d c. placuit. 1.
q. 2. c. 1. de
consecrati.
dist. 1.

A missæ celebratione^e. Conse-
cratio autem fit superficiem in-
terioris parietum delinitione
cum crucibus^f: sed oratorium
non consecratur, quia ad oran-
dum, non ad celebrandum ædi-
ficari solet^g.

^e c. omnes Ba-
silicæ. 1.
distin.
^f Ab. c. pro-
posuisti. n.
7. co. tit. de
consecrat.
^g c. si. de cen-
sibus.

Ecclesijs Deo semel sacratis
non est iterum consecratio ad-
hibenda, nisi aut incendio, aut
alia ruina desecratæ sint: quo
casu omnia ex integro agenda
erunt, perinde ac si nunquam
consecratæ fuissent.

Sed & si incertum sit, vtrum
olim consecratæ fuerint, an id
minus, cum nec certa scriptura,
nec testes existant, à quibus in-
dubitatè id sciri possit, nihil
prohibet eos denuo à Capite
consecrari.

At cum Ecclesiæ aut homici-
dio etiam citra sanguinem, aut
feminis, vel sanguinis humani
effusione scedantur, ea labe vi-
no aqua diluto, & cinere abster-
genda est: quæ appellatur Re-
cõciliatio^h. Ecclesia autè non
consecrata, cuiuscunq; feminis
fuerit, vel sanguinis effusione
polluta, aqua protinus exorci-
zata lauanda est, ne diuinæ lau-
dis organa suspendanturⁱ.

^h ca. Ecclesijs
semel. ea. di-
stin. c. pro-
posuisti. ubi
Ab. ext. co.
titul. 7. ca.
solemnita-
tes. 1. ead.
distin.
ⁱ c. si. extr. co.

Quod autem diximus, Eccle-
siam post consecrationem pol-
lutam posse reconciliari, & à
macula inusta purgari, etiam
de cõmiterio Ecclesiæ intelli-
gendum est: nam si Ecclesiæ
contiguũ sit cõmiterium, pol-